Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Gloria patri et filio, et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio et nunc et ſemper, et in ſecula ſeculorum, Amen.

Initium ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.

In principio erat uerbum, et uerbum erat apud Deum, et Deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta ſunt: et ſine ipso factum eſt nihil. Quod factū eſt in ipso, uita erat: et uita erat lux hominum: et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comphenderunt. Fuit homo miſsus à Deo, cui nomen erat Ioannes, hic uenit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine: ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux: ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In mudo erat, et mundus per ipsum factus eſt, et mundus eum non cognouit. In propria uenit, et ſui eum non receperunt: quotquot autē receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri: his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate Viri, ſed ex Deo nati ſunt. Et uerbum caro factum eſt: et habitauit in nobis. Et uidimus gloriam eius, gloriam quaſi unigeniti à patre, plenum gratiæ et Veritatis: Deo gratias.